

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

1 Talia significant lucentes saepe cometae:
2 funera cum facibus veniunt, terrisque minantur
3 ardentis sine fine rogos, cum muncus et ipsa
4 aegrotet natura hominum sortica sepulcrum.
5 quin et bella canunt ignes subitosque tumultus
6 et clandestinis surgentia fraudibus arma:
7 externas modo per gentes, ut, foedere rupto
8 cum fera ductorem rapuit Germania Varum
9 infecitque trium legionum sanguine campos,
10 arserunt toto passim minitancia mundo
11 lumina, et ipsa tulit bellum natura per ignes
12 opposuitque suas vires finemque minata est.
13 nec mirere graves rerumque hominumque ruinas:
14 saepe domi culpa est; nescimus credere caelo.
15 civilis etiam motus cognataque bella
16 significant, nec plura alias incendia mundus
17 sustinuit, quam cum ducibus iurata cruentis
18 arma Philippeos implerunt agmine campos,
19 vixque etiam sicca miles Romanus harena
20 ossa virum lacerosque prius super astitit artus,
21 imperiumque suis conflixit viribus ipsum,
22 perque patris pater Augustus vestigia vicit.
23 necdum finis erat: restabant Actia bella
24 dotali commissa acie, repetitaque rerum
25 alea et in ponto quaesitus rector Olympi,
26 femineum sortita iugum cum Roma pependit
27 atque ipsa Isiaco certarunt fulmina sistro¹;
28 restabant profugo servilia milite bella,
29 cum patrios armis imitatus filius hostis
30 aequora Pompeius cepit defensa parenti.
31 sed satis hoc fati fuerit: iam bella quiescant
32 atque adamanteis discordia vincta catenis
33 aeternos habeat frenos in carcere clausa;
34 sit pater invictus patriae, sit Roma sub illo.

¹ **sistrum** = Klapper (beim Isis-Gottesdienst verwendet)

II. Sprachliche Erläuterungen

1. V.8/9: Auf welches historische Ereignis ist angespielt?
2. V.18-20: Geben Sie eine historische Erläuterung!
3. **dotali acie** (Z.24), **femineum iugum** (Z.26): Geben Sie eine sachliche Erläuterung!